

Varotto (Varotus), Michele. Missarum liber primus cum sex vocibus. . . Venezia,
Girolamo Scotto, 1563. RISM V987, VV987.

Title:

MICHAELIS VAROTI NOVARIENSIS
 MISSARVM LIBER PRIMVS.
 CVM SEX VOCIBVS.
 DE BEATA VIRGINE.
 VOYCY LE TEMPS.
 VENI CREATOR SPIRITVS.
 PRO DEFVNCTIS.
 SANCTA TRINITAS CVM OCTO VOCIBVS.
 [Printer's mark]
 VENETIIS
 Apud Hieronymum Scottum
 M D LXIII.

Dedication:

AMPLISSIMO AEQVE AC ILLVSTRISSIMO D[OMINO] IOANNI MORONO |
 SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALI MERITISSIMO, MICHAEL
 VAROTVS S.D.P. |

*Sole sublato noctem fore indicebat Heraclitus, ego item (Pater amplissime) tenebris
 prope iam obuolutos profi-|cio mearum vigilarum fructus, nisi tibi dicatos exposuero,
 qui tuarum virtutum dignitatisque splendore discussis | nebulis, collustres nos, nostraque,
 ac, veluti Jupiter ille Homericus, nascentibus ijs meis foetibus ex vberrimo benefi-|centiae,
 amoris hoc est erga me tui dolio craterem immortalitatis plenum propines. te patronum
 mecum delegere, | cuius auctoritate, veluti Aiacis clypeo [**τούσ διαβόλονσ?**], quorum
 plena sunt omnia, propulsare, nedum eos ab ijs | tutos reddere valeamus. Suscipe igitur
 hosce tuos (cur enim meos dicam, cum me, meaq; omnia iure quodam tuo vi-|dearis
 exposcere?) libellos; vt succisiuis horis, grauissimis videlicet solutus, curis Reip.
 Christianae apud Pont. Ma-|ximum sustentandæ; euangelicæ synceritatis compilatores
 arcendi; arteis omneis libero homine dignas instaurandi; | conspirationes in Principeis,
 cœdeis inter Christianæ Reip. Procerum populos cruentas prudentiae tuæ fræno cohi-|bendi;
 accensos, vel mage furenti quadam animi concitatione, & libidine flagranteis
 animos eorum extinguendi, paceque firmandi perpetua, | animum, Musarum ijs
 muneribus demulceas: hac lyra Thracius Orpheus Euridicem ex inferis reuocauit; his
 catenis Gallos auribus alligatos | quocunque voluisset ducebatur Ogmius; hoc fortasse
 caduceo Mercurius mortalium animas repetebat ab Orco: non alia exiſtimarim Cithara |
 Thebarum condita mœnia. nam Musica (vt probe noſti) est mundi anima, vel ratio
 quædam (vt Platoni viſum eſt) animæ mundi coniuncta; | cuius rationis concentu cuncta
 quæ sunt conſtare quis negare audebit? ſi vero cui canentium, aut legentium Pater
 amplissime forte inficiari | continget; relegetur ad Ciceronis librum de Rep. vi. ad
 Macrobius super eodem; ad Boetium, Pythagoram, Ariſtotelem, Platonem, atque ad |*

alios id genus sexcentum; vel potius ad Anticyram helleboro sanandum. Tum discet non ab re Hesiodum Musas Orbibus adscripsisse, quibus | omnia mouentur, regunturque; quas denique mihi conciliatas facies, cùm dices Varotum, Varotique labores tibi placere. Vale Novarię. |

Laudatory poem:

*PRO MICHAEL VAROTO ECCELLENTI MVSARVM | alumno, cultoreque peregregio
Cimilotti | Decastichon Ad Leñorem. |*

*Thebæ quid tantum Testudine saxa moventem
Miratur? Rhodopæs clarius extat opus.
Dura supercilium tollit quid Thracia? Homero
Musæ dedit plectrum, carmina culta, lyram.
Detque locum cæcus. peperit nam Mantua vatem
Qui longe à primis fortius arma mouet.
Cui Clio nunc castra fauet, cui turba fororum
Affurgit cedunt tempora prisca locum.
E'n tibi VAROTVS, quem culta Nouaria nobis
E' didit, Insubrum gloria, fama, decus.*

Index:

See Title

Contents:

Missa de Beata Vergine
Missa voycy le temps
Missa veni creator spiritus
Missa pro defunctis
Requiem eternam
Kyrie | Christe | Kyrie
Sequentia. Vt flos exis sectus ares primum fulges post non pares debilis materiæ.
Quid superbis terra cinis fordes ecce plagis trinis, recordare semper finis.
Hic quod seris illic metes dum tribunal Christi peres de talento responsurus.
Ipfis lucem sempiternam confer clemens et eternam requiem laborum. [Last 2 verses set to same music]
Domine Iesu Christe Rex gloriæ libera animas Offertorium
Sanctus
Agnus Dei
Luceat eis domine Communio.
Missa sancta trinitas

Part-books:

CANTVS	A-D ⁴	32pp.	Dedication.	No Index.
TENOR	A-D ⁴	32pp.	No Dedication.	No Index.
ALTVS	a-d ⁴	32pp.	No Dedication.	No Index.
BASSVS	As-Dd ⁴	32pp.	No Dedication.	No Index.
QVINTVS	Aaa-Ddd ⁴	32pp.	No Dedication.	No Index.
SEXTVS	Aaaa-Dddd ⁴	32pp.	No Dedication.	No Index.
SEPTIMA PARS	Dd ⁴	8pp.	Dedication.	No Index.
OCTAVA PARS	DD ⁴	8pp.	Dedication.	No Index.

Remarks:

Quarto format. Copies consulted: **I**-Bc (microfilm); **PL**-Kj. RISM V987, VV987.